



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Hermann, Bischof von Camin, verkauft das Land Lippehne den Markgrafen Johann Otto und Conrad für 3000 Mark und setzt die Zahlungsbedingungen fest, am 18. August 1276.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

grum et illesum. Testes huius ordinacionis sunt Hinricus comes de Keuerberch, Adolfus Decanus et Mauricius Canonicus ecclesie Caminenfis, Theodericus prepositus Colbergenfis, Gherardus scolasticus Gustrowenfis, Wihardus Abbas de Vfznam, Conradus Cleft, Hinricus de Muffen, Borchardus de Verden, Rodolfus de Nienkerken, Gotfridus aduocatus in Piriz, Bolco Scerf, Conradus de Maffow milites et alii quam plures clerici et milites.

Nos igitur nostrorum predecessorum vestigiis inherentes, cultum diuinum in dicta Caminenfi ecclesia cupientes adaugere, omnia predicta et quotlibet premifforum nostra voluntate vltronea confirmamus, donamus de novo et ratificamus, volentes ea perpetuis Temporibus inuolabiler pro nobis, heredibus et successoribus nostris obseruare. Vt autem omnia et singula infra scripta maneant illibata, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Testes huius rei sunt Henningus Bere, noster marescalcus, Johannes Stenwer, Theodericus Scerf, Vlricus Kedinc, milites et nostri consiliarii, Magister Conradus, Caminenfis ecclesie canonicus et curie nostre notarius et Johannes de Swanebeke, Colbergenfis ecclesie canonicus. Datum et actum Camin, Anno domini MCCCXXI^o, octavo idus Marcii.

Nach dem Caminschen Copialbuche des Pommerschen Provinzial-Archives.

II. Hermann, Bischof von Camin, verkauft das Land Lippene den Markgrafen Johann Otto und Conrad für 3000 Mark und setzt die Zahlungsbedingungen fest, am 18. August 1276.

Nos hermannus, dei gratia Caminenfis Episcopus, recognoscimus protestando, Quod illustribus principibus consanguineis nostris dilectis Dominis Johanni, Ot. et C. marchionibus de Brandenburg, vendidimus terram Lippene cum terminis suis et cum omni iure et proprietate, decimis, aquis, fluminibus, stangnis, fundo et omni utilitate, preter villam Letenin cum terminis et attinentiis, quos dignoscitur antiquitus habuisse, et medietatem ville Coseliz, que sita est in parte terre Lippene, quas villas nobis et successoribus nostris referuamus, pro tribus milibus marcarum argenti, de qua pecunia dicti principes soluent duo milia marcarum in festo Epiphanie et mille in pascha festis proxime nunc venturis nobis siue successoribus nostris. Promisit autem dn. Johannes marchio cum XIV^{cim} militibus et adhuc promittent XVI^{cim} milites, octo diebus postquam prefati principes a nobis moniti fuerint terminis premiffis, se soluturos pecuniam memoratam. Quod si in solutione cessauerint principes sepe dicti, unus marchionum eorundem cum militibus, qui secum promiserunt et promittent, XV diebus post monitionem nostram, ciuitatem, poswalk intrabunt, inde minime recessuri, nisi de pecunia memorata et dampnis, si aliqua inciderimus, occasione pecunie, in premiffis terminis non solute, nos reddant indemnes, liberos et solutos. Si vero aliquis militum de fideiussoribus poswalk intrare non poterit, alium statuet loco sui. Dabimus etiam super roboratas. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXVI^o, feria tertia post assumptionem B. Virginis in poswalk et actum ibidem.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.